

tur farinę hordei, simi caprarum ana 3 j. gummi ammoniaci, sagapeni ana 3 ss. olei lateritii, capparorum ana q. s. fiat *Cataplasma*, post fōtū adhibebitur maximo cum commodo.

R₂ diachyli magni, emplaſtrum de mucilaginibus, de melilotō composito ana 3 ss. vnguenti dialthę, Agrippe ana 3 iij. corticum tamarisci 3 j. ſeminum rutę 3 ss. fiat *Emplaſtrum molle*.

R₂ sagapeni, gummi ammoniaci ana 3 j. olei liliorum 3 ij. radicum ireos 3 ij. ſalis gemmę 3 j. ss. fiat *Emplaſtrum*, Gummi diſſoluantur cum aceto.

APPENDIX

ad prædicta pro curatione T V M O R I S S P L E N I S inſeruiens.

Omnium primò materiam obſtruente, extenuantibus incidentibꝫque medicamentis naturæ obedientem reddemus: primò tamen lenientia aluum medicamenta dabimus, ut melius ad ſplenem vires medicamentorum deduci possint. Pluribus autem diebus præparantibus medicamentis uti debet æger. Hoc cùm conſecuti fuerimus, purgante medicamento eandem è corpore educemus. Hinc quæ viſceris duritiem, humorēſqus viſcoſos atque congelatos emollire poſſunt, præſcribantur, quibus ea quoque permiscebimus quæ obſtructionem tollere poſſunt. Demum quæ corroborare, reliquiāſque conſumere valent, admittantur. Quæ omnia, nunc anteāque dictis medicamentis felicissimo cum ſuccēſſu conſequi poterimus, modò uniuersalia particularibus debita ratione adhibeantur. Hæmorrhoides autem in hoc malo aprire conſultiſſimum erit, cùm plurimum leuaminis afferre ſoleant. Quiescere quoque in latere ſinistro postquam medicamen- tum ſumpferit æger, debet; magnopere equidem ad enram huius mali neſdum conſirmati, adiumenti affert.